UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

S. Vincentii Lerinensis Galli, Libellus Verè Avrevs Adversus profanas Hæreseōn novationes

Vincentius <Lerinensis>

Coloniae, 1652

Explicat illud Pauli: ô Timothee, depositum custodi, devitans prophanas vocum novitates. Caput XXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-55177

Visual Library

Explicat illud Pauli: ô Timothee, depoſitum cuſtodi, devitans prophanas vocum novitates.

Caput XXVI.

Quæ cùm ita ſint, iterum atque iterum eadem mecum revolvens & reputans, mirari ſatis nequeo, tantam quorundam hominum veſaniam, tantam excæcatæ mentis impietatem, tantam poſtremò errandi libidinem, ut contenti non ſint tradita ſemel & accepta antiquitùs credendi regula, ſed nova ac nova in diem quærant, ſemperque aliquid geſtiant religioni addere, mutare, detrahere: Quaſi non cœleſte dogma ſit, quod ſemel revelatum eſſe ſufficiat, ſed terrena inſtitutio, quæ aliter perfici, niſi aſſidua emendatione, imò potiùs reprehenſione non poſſit: cùm divina clament oracula: Ne transferas terminos quos poſuerunt patres tui. Et: Super judicantem ne judices. Et: Scindentem ſepem, mordebit

debit eum ſerpens. Et illud Apo-
licum, quo omnes omnium hæ-
ſeon ſceleratæ novitates, ve-
quodam ſpiritali gladio ſæpè tr-
catæ ſemperque truncandæ ſu-
o Timothee depoſitum cuſtodi, d-
vitans prophanas vocum novi-
tes, & oppoſitiones falſi nomi-
ſcientiæ, quam quidam promitte-
tes, circa fidem exciderunt. Et p-
hæc inveniuntur aliqui tanta in-
teratæ frontis duritia, tanta imp-
dentiæ incude, tam adamanti-
pertinaciæ, qui tantis eloquiorum
cœleſtium molibus non ſuccu-
bant? tantis ponderibus non fa-
cant? tantis malleis non co-
quaſſentur? tantis poſtremo fulmi-
nibus non conterantur? Devita,
inquit, prophanas vocum novita-
tes: Non dixit antiquitates, non di-
xit vetuſtates, imò planè quid e
contrario ſequeretur, oſtendit.
Nam ſi vitanda eſt novitas, tenen-
da eſt antiquitas: & ſi prophana eſt
novi-

novitas, ſacrata eſt vetuſtas. Et op-
poſitiones inquit, falſi nominis ſci-
entiæ. Verè falſum nomen apud
doctrinas hæreticorum, ut igno-
rantia ſcientiæ, & caligo ſerenita-
tis, & tenebræ luminis appellatio-
ne fucentur. Quam quidam, in-
quit, promittentes circa fidem ex-
ciderũt. Quid promittẽtes excide-
runt niſi novam, neſcio, quam ig-
noratamque doctrinam? Audias e-
tenim quoſdam ipſorum dicere:
Venite ô inſipientes & miſeri,
qui vulgò Catholici vocitamini, &
diſcite fidem veram, quam præter
nos nullus intelligit, quæ multis
antè ſæculis latuit, nuper verò re-
velata & oſtenſa eſt: ſed diſcite fur-
tim atque ſecretim, delectabit e-
nim vos. Et item: Cum didiceritis,
latenter docete, ne mundus au-
diat, nec Eccleſia ſciat: paucis nam-
que conceſſum eſt tanti myſterii
capere ſecretum. Nonne hæc ver-
ba ſunt illius meretricis, quæ apud
Salomonis Ptoverbia vocat ad ſe
præ-

prætereuntes viam qui dirigunt iter ſuum. Qui eſt, inquit, veſtrum in-ſipientiſſimus divertat ad me. In-ops autem ſenſu exhortatur, dicens: Panes occultos libenter attingite, & aquam dulcem furtim bibite. Quid deinde? At ille inquit, neſcit, quo-modo terrigenæ apud eam pereant. Qui ſunt iſti terrigenæ? Exponat Apoſt. Qui circa fidem inquit, ex-ciderunt.

CAPUT XXVII.

SEd operæpretium eſt, totum ip-ſum Apoſt. capitulum diligen-tius pertractare. O Timothee, in-quit, depoſitum cuſtodi, devitans prophanas vocum novitates. O, ex-clamatio iſta, & præſcientiæ eſt pa-riter & charitatis: prævidebat enim futurôs, quos etiam prædolebat er-rores. Quis eſt hodie Timotheus? niſi vel univerſa Eccleſia, vel ſpecia-liter totum corpus Præpoſitorum, qui integram divini cultus ſcien-tiam vel habere ipſi debent, vel aliis infundere. Quid eſt depoſitum cu-

ſtodi